Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift



liato inferno / et auctore mortis suis uinculis irretito.
redde iam leticiam mundo. locundentur in ascensu tuo fideles
tui / aspicientes cicatrices corporis tui. Fecit hoc xpc.
sicut est superius indicatum. Facta preda in inferno / uiuus exiit
de sepulchro. Ipse sua se potentia suscitauit / et iterum
immaculata carne uestiuit / discipulis suis apparuit.
ut dubitationem auferret incredulis / clauorum uulnera
demonstrauit. ut nullam suspicionem relinqueret
manicheis / manifeste manducauit et bibit / postea uero in
conspectu multorum apparuit / per nubem in celos ascendit /
carnem suam a patris dexteram unde nunquam uerbum disces-
serat collocauit. Exultent ergo populi xpiani pro quibus sanguis
xpi fusus est / iocundemur omnes in domino. qui resurrectionem
carnis sollempniter celebramus in xpo / omnis per totum mundum
catholica gratuletur ecclesia / quia xpc dominus et de sua diuini-
tate nihil minuit. et hominem quem fecit liberauit. Vnde
exultantes uoce humili supplicemus / ut pro quibus ista per-
tulit cum uenit uenit in mundum / liberatos nos de ma-
nu inferi attollere secum dignetur in celum / cui est gloria cum
patre et spiritu sancto. IN SECVLA SCLORVM. AMEN.

IN PASCHA SERMO SANCTI AVG. EPI.

LVX NOBILE CLARA refulsit / quia latro paradysum
dulcis cum rege comes intrauit. Mortuorum turba
surrexit / et uiuorum conscientia triumphauit. Si attendas
paradysum / et bono latrone letatur. Si attendas gehen-